

figinuldo. sedit annos duos. dies xxvi. Tuit tempore
athalarici regis et iustini augusti. sepultus est in
basilica beati Petri apostoli.

Mercurius, qui et Iohannes II. natione tuscus
ex patre proiecto sedit annos 11. mensem 1. dies
vi. Tuit tempore athalarici regis et iustini
augusti qui fidem suam catholicam scripto ci-
rographo misit ad sedem apostolicam per hiapi-
um et demetrium episcopos sepultusque est in
basilica beati Petri apostoli.

Agapitus .I. natione romanus ex patre Gor-
diano presbitero. sedit menses XI. dies XVIII. Tu-
it tempore iustini. atque pro theodato rege
gothorum ad intercedendum missus. eo quod
filiam theoderici regis sibi commendatam
occidisset. tam gloriose susceptus est. ut
in locum. anathemi heretici menam con-
stantinopolim faceret episcopum. et post dies
paucos obiens in loculo plumbeo delatus
romam in basilica beati Petri sepultus est.

Siluerius natione campanus ex patre hor-
misda romano episcopo sedit annum 1. men-
ses vi. dies xi. Tuit tempore iustini. et
ab augusto relatus in exilium ad pontias.
eo quod nolisset anathemum revocare in of-
ficium et monachus factus confessor obiit
ibique sepultus est.

Vigilius natione romanus. ex patre iohanne.
sedit annos xvi. menses vi. dies xxv. Tuit tem-
pore iustini. A quo in custodia constan-
tinopoli afflictus. ad gratiam populi ro-
mani revocatus. firaculis defunctus et ad
sanctum Marcellum via salaria sepultus est.

Pelagius .I. natione romanus ex patre iohan-

Athalarici-
cus

Ex b. d. Augusti.
l. 1.

Iustini-
cus

Torro. Iste per revela-
tionem iussus est ire ad
S. Gallum ad quosdam
sanctos viros inde dedu-
cendos in languis episcopatum. Hoc mi-
raculo glorificari me-
ruit; quod cereus
quem secum detulit
nocte per se accen-
sus est. quem nec
ventus potuit extin-
guere, et mane
lux per se subtra-
cta est. Defuncto
quoque beato Ma-
gno, vocem consolati-
onis et vocatio-
nis eius ad super-
na audivit.
Quidam tradunt,
eum in Bohem-
murch sepultum;
alii etiam scripto
confirmat ad
sanctam A-
fram inter alios
sanctos pontifices
eum requiescere.